

3895 Numini aquae | Alexandrianae¹. |

Hanc aram Nymphis extruxi, | nomine Laetus, |
 cum gererem fascēs patriae | rumore secundo. |
 Plus tamen est mihi gratus | honos, quod fascibus annus |
 is nostri² datus est, quo sanc|to nomine³ dives |
 Lambaesem largo perfu|dit flumine Nympha.

Lambaese (VIII 2662 cf. 18106 vidit Wilmanns). Buecheler carm. epigr. 252.
 — 1) *Vocabulum in litura repositum.* — 2) *Scr. nostris (Buecheler tuetur nostri).* —
 3) *Scilicet nomine Alexandri.*

3896 dis et numinib. | aquarum | Ulp. Secundinus, | Marius Valens, |
 Pomponius Haemus, | Iul. Carus, Val. Valens, | legati Romam ad | consu-
 latum Seve|riani c. v.¹ missi, incolu|mes reversi ex voto.

Mehadiae in Dacia (III 1562 descr. Arneht aliique). — 1) *M. Sedatius Seve-
 rianus legatus Daciae (III 1575) temporibus ut videtur Antonini Pii; cf. Prosopogr.
 Imp. Rom. s. v.*

3896^a Carpus Aug. lib. | Pallantianus¹ | sanctis | Draconibus² | d. d.
 Romae (VI 145 vidit Henzen). *Hic collocavi dubitans collata N. 3879 (Νύμφη
 Δράκωννα mulier quaedam defuncta appellatur VI 27285. De Draconibus memoratis
 a Tac. ann. 11, 11 cogitaverat Lupius). Cf. etiam VIII S. 15247, 15378.* — 1) *Cf. supra
 N. 1535.* — 2) *Longe alii Dracones sunt infra N. 4080.*

3897 St.¹ Staiedi., | V.² Salviedi., | Pe.³ Pagio. | Foucino⁴ | aram.

Trasacci in Marsis ad lacum Fucinum (IX 3847 cf. p. 770 vidit Mommsen). —
 1) *Staios,* 2) *Vibios,* 3) *Peltios(?) (cf. Bull. de corr. hellénique 6, 1882 p. 526).* —
 4) *C et I litterae ita contignatae, ut a G non differant. Intellegitur Fucinus lacus.*

3898 C. Gavius L. | f., C. Veredius¹ | C. f. Mesalta² | Fucino v.
 s. | l. m.

*Pescinae in Marsis, non procul a lacu Fucino (IX 3656 aliquoties ut videtur
 descripta saeculis prioribus).* — 1) *Nomen non certum; variant auctores.* — 2) *Sic
 traditur.* — *Cultores Fucini memorantur supra N. 3626.*

3899 . . . clo¹ et Lac. | Benaco, | Successus Q. | Samici Myrini | v.
 s. l. m.; | Q. Samicius | Suc[cessu]s iter.²

Rep. ad lacum Benacum in vico S. Vigili, est Veronae (V 3998 vidit Mommsen).
 — 1) *Fortasse numen epichorium.* — 2) *Successus votum solvit servus, iteravit
 post libertatem adeptam (Momms.). Ab eodem Q. Samicio Successo positus est
 titulus V 3219.*

3900 Ti. Poppai. | Ti. f. | Temavo | d. d. l. m.

*In vico Montereale rep. ad fluvium Celina, ubi is ex Alpi Veneta prorumpit,
 ara litteris vetustis (Pais 380 descr. Bertolini). Timavus fons sive fluvius prope
 Aquileiam saepe memoratur apud antiquos, cf. Mommsen CIL. V p. 75. Titulus,
 qui scriptus videtur vix post tempora Sullana, dedicatus est in regione aliquanto
 a Timavo remota, fortasse a negotiatore Aquileiensi (Momms.).*

3901 P. Mevius | Eutyclus | aediculam rest. | Sebetho¹.

Neapoli (X 1480 descripta saec. XVI a compluribus viris fide dignis). —